Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense - Kl. L. 34

[Lichtenthal(?)], [Ende des 13. Jahrh.]

Dedicatio ecclesiae

urn:nbn:de:bsz:31-94358

Visual Library

manib' suis multiplicauit quinque
panes. Potestas erat in manib'
xpi. panes autem illi quinque qui seminati
erant. non quidem in terra mandata. sed ab
eo qui terram fecit multiplicata. Hoc
ergo ad motum est sensib' quo erigeretur
mens. et exhibitum oculis ubi exer-
ceretur intellectus. ut inuisibilem deum
per uisibilia opera miraremur. et erecti
ti ad fidem et purgati per eandem. etiam
ipsum inuisibiliter uidere cuperemus.
quem de reb' uisibilib' inuisibilem
nullos. Cum [illegible] nosceremus. Sequentia. s. Joh.
Cum sublevasset oculos ihesus et uidisset
quia multitudo maxima uenit ad
eum dicit ad philippum. Unde ememus
panes ut manducent hii. Hoc autem
dicebat temptans eum. ipse enim sciebat
quid esset facturus. Respondit ei philippus.
Ducentorum denariorum panes non suffici-
unt eis. ut unusquisque modicum quid acci-
piat. Dicit ei unus ex discipulis eius andre-
as frater symonis petri. Est puer unus
hic qui habet quinque panes ordeaceos et
duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos.
Dixit ergo ihesus. Facite homines discumbere.
Erat autem fenum multum in loco. Discu-
buerunt ergo uiri numero quasi quinque milia.
Accepit ergo ihesus panes et cum gratias egisset.
distribuit discumbentibus. Similiter
et ex piscib' quantum uolebant. Ut autem im-
pleti sunt. dixit discipulis suis. Collig-
te que superauerunt fragmenta ne pereant.
Collegerunt ergo et impleuerunt duodecim co-
phinos fragmentorum ex quinque panib'
ordeaceis que superfuerunt hiis qui mandu-
cauerant. Illi autem homines cum uidissent quod
fecerat signum dicebant. Quia hic est uere
propheta qui uenturus est in mundum. Collecta.
Excita domine quesumus tuorum fidelium uolun-
tates. ut diuini operis fructum propensius
exequentes. pietatis tue remedia ma-
iora percipiant. Per dominum. Ad Ben. Ant.
Cum sublevasset oculos ihesus et uidisset ma-
ximam multitudinem uenientem ad se dixit ad
philippum. Unde ememus panes ut man-
ducent hii. hoc autem dicebat temptans
eum. ipse enim sciebat quid esset facturus. Ad
Magnificat Ant. Cum uidissent turbe signum quod fece-
rat ihesus dicebant. uere hic est propheta qui ue-
nit in mundum. In dedicatione ecclesie ad vesperas super psalmos ant.
O quam metuendus est locus iste. uere non est hic
aliud nisi domus dei et porta celi. Ant. Tu domine
uniuersorum qui nullam habes indigentiam, uo-

iussisti templum tuum fieri in nobis. conserva
domum istam immaculatam in eternum. A. Su-
per muros tuos ierusalem constitui custodes. to-
ta die et tota nocte non tacebunt laudare
nomen domini. A. Muro tuo inexpugnabili circum-
cinge nos domine et armis tue potentie protege
nos semper deus noster. Capitulum. Vidi ciui-
tatem sanctam ierusalem nouam descendentem
de celo a deo paratam. tamquam sponsam or-
natam uiro suo. R. Terribilis est. V. Do-
mus mea domus orationis uocabitur. Ad Magnificat A.
Pax eterna ab eterno patre huic domui. pax per-
hennis uerbum patris sit pax huic domui. pa-
cem pius consolator huic prestet domui.
Collecta. Deus qui nobis per singulos annos
huius sancti templi tui consecrationis
repetis diem et sacris semper mysteriis
representas incolumes. exaudi preces
populi tui et presta. ut quisquis hoc templum
beneficia petiturus ingreditur. cunc-
ta se impetrasse letetur. per. In noua dedic.
Deus qui inuisibiliter omnia contines et ta-
men pro salute generis humani signa
tue potentie uisibiliter ostendis.
templum hoc potentia tue inhabi-
tationis illustra. ut omnes qui huc
deprecaturi conueniunt ex quacumque

tribulatione ad te clamauerint
consolationis tue beneficia conse-
quantur. per. In matutinis. Exultemus domino regi
summo qui suum sanctificauit tabernaculum. Ps. Ue-
nite. In I nocturno. A. Tollite portas principes
uestras et eleuamini porte eternales. Ps. Do-
mini est terra. A. Introibo ad altare dei ad deum qui leti-
ficat iuuentutem meam. Ps. Iudica me deus. A. Sancti-
ficauit dominus tabernaculum suum. Ps. Deus noster. A. Ue-
nit dominus in domum. et lapis iste uocabitur domus dei.
Ps. Omnes gentes. A. Edificauit moyses alta-
re domino deo. Ps. Magnus dominus. A. Non est hic aliud
nisi domus dei et porta celi. Ps. Te decet. V. Fun-
data est domus domini. Super uerticem montium.
Sermo beati augustini episcopi.
Quotienscumque fratres karissimi altaris
uel templi festiuitatem colimus.
si fideliter et diligenter intendimus. et sanc-
te et iuste uiuimus. quicquid in templis ma-
nufactis agitur. totum in nobis spirita-
li edificatione completur. non enim mentitus
est ille qui dixit. Templum dei sanctum est quod es-
tis uos. Et iterum. Nescitis quia corpo-
ra uestra templum sunt spiritus sancti. Quibus me-
ritis. nonne per gratiam dei meruimus fieri tem-
plum dei. R. Ornauerunt faciem templi
coronis aureis. et dedicauerunt altare domino

et facta est letitia magna in populo. R. In
ymnis et confessionibus benedicebant dominum.
Quantum quoque possumus cum Dei fac.
ipsi adiutorio laborem ne deus
sit in templo suo hoc est in nobis ipsis
inveniat quod oculos sue maiestatis
offendat. sed habitaculum cordis nostri
evacuetur vitiis et virtutibus repleatur.
claudatur diabolo et aperiatur christo. R. In
ymnis et confessionibus benedicebant dominum.
V. Magna fecit ... misit et
victoriam dedit illis deus omnipotens. R. Orna
verunt faciem templi coronis aureis et dedi
caverunt altare domino. V. Magna. iii.
... fratres laborem ut nobis bonorum operum
clavibus regni ianuam celestis aperire
possimus. Sicut enim malis operibus qui quoddam
seris ac vectibus vite nobis ianua clau
ditur. ita absque dubio bonis operibus aperitur.
R. Super muros tuos Ierusalem constitui cus
todes. Tota die et nocte non tacebunt lauda
re nomen domini. V. Qui reminiscimini domi
ne taceatis. et ne detis silentium ei. Tota
Et ideo fratres karissimi unusquisque consideret
conscientiam suam. et quando se aliquo
crimine vulneratum esse cognoverit. prius
orationibus ieiuniis vel elemosinis

studeat emundare conscientiam suam. et
sic eucharistiam presumat accipere. Si
enim agnoscens reatum suum. ipse se a di
vino altari subduxerit. cito ad indul
gentiam divine misericordie perveniet. quia sicut
qui se exaltat humiliabitur. ita e contra
rio qui se humiliat exaltabitur. R. Ter
ribilis est locus iste. non est hic aliud nisi domus
dei et porta celi. V. Vere etenim dominus est in lo
co isto et ego nesciebam. V. Cumque evigi
lasset iacob a sompno ait. Ve. In ii. n. ... an.
R. Vidit iacob scalam summitas eius celos tan
gebat. et descendentes angelos et dixit vere
locus iste sanctus est. V. Quam dilecta. R. Erexit
iacob lapidem in titulum fundens oleum de
super. V. Fundamenta. A. Templum domini sanctum
est dei cultura est dei edificatio est. V. Domine
deus sanctus. A. Cum hec ... V. Spiritum. A. Benedicta
gloria domini de loco suo alleluia. V. Cantate.
A. Cum evigilasset iacob a sompno ait.
vere dominus est in loco isto. V. Dominus regnavit.
R. Domum tuam domine decet sanctitudo. In longitudine dierum.
Rogo vos fratres diligenter attendite.
Si ad mensam cuiuscumque potentis
hominis nemo presumit cum vestibus con
scissis et coinquinatis accedere. quanto
magis a convivio eterni regis id est

ab altari domini debet se unusquisque scilicet iracundie uel odii ueneno percussus. iracundie furore repletur. cum reuerentia et humilitate subtrahere. propter illud quod scriptum est. uade prius reconciliari fratri tuo. et tunc ueniens offeres munus tuum. R. Vidi portam ciuitatis ad orientem positam, et apostolorum nomina et agni super eam scripta. Et super muros eius angelorum custodiam. V. Vidi ciuitatem sanctam ierusalem descendentem de celo ornatam tamquam sponsam uiro

Habet etiam textus ¶ suo. Et super Hec euangelice lectionis. quod quidam fecit nuptias filio suo. et intrauit ut uideret simul recumbentes. et uidens ibi hominem non uestitum nuptiali ueste dixit ad eum. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. Et illo obmutescente dixit ministris. Ligate illi manus et pedes et proicite illum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. R. Cum erigeret iacob de terra sua. uidit gloriam dei et ait. Quam terribilis est locus iste. non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. V. Vere dominus est in loco isto et ego nesciebam. Quam.

Ecce quale sententiam merebitur auditur. qui conuiuium nuptiale id est altare domini. aut ebriosus aut adulter aut odium in corde retinens presumit accedere. Auertat hoc a nobis deus famulorum. et concedat ut mala ista aut aliquis uelim admittere. aut si hec admissa fuerint. sine ulla mora penitentia uel pace studeamus sanare. et largis elemosinis festinemus abluere. ne forte sicut peccatorum uulneribus ante tribunal eterni iudicis uenimus. ab illa eterna ecclesia celesti scilicet ierusalem perpetua excommunicatione separemur. R. Erit mihi dominus in deum. et lapis iste quem erexi in titulum uocabitur domus dei. et de uniuersis que dederis mihi. decimas et hostias pacificas offeram tibi. V. Si dominus deus meus fuerit mecum in uia ista per quam ego ambulo. et custodierit me. Decimas.

Lectio viii.

Hec ergo cogitantes fratres karissimi tam casti et tam sobrii et tam pacifici ad illud altare deo auxiliante studeamus accedere. ut ab illo eterno altari non mereamur excludi. Quicumque enim ad illud altare casto corpore et munda corde cum secura et munda conscientia uenit. ad illud altare quod in celis est felici

tium ſimigrationē puenire. Lec
te eccle feſta colunt. q ſe eccle fi
lios ēē cognoſcunt. Hec enī om
nium credentium mat eſt. q natos
ad mortē regenerāt ad ſalutē.
R. Dom mea dom orationis uo
cabit dicit dns. In ea omis q petit ac
cip. & q querit inuenit. & pulſanti a
perit. V. Hec ē dom dni firmiter edifi
cata. bene fundata ē ſup firmā petrā.
In ea. Ad cc. A. Fundamta templi
hui ſapia ſua fundauit ds. in quo dnm
celi collaudant angli. ſi irruant uenti
& fluant flumina. nō poſſt illd moue
unq. fundatū enī eſt ſupra petram.
Ps. Letatus ſu. Ps. Niſi dns e. Ps. Lau
da ierlm. V. Beati q habitāt in domo tua
dne. In ſcla ſclo laudabt te. S. lucam
In illo t. dix ihc diſ. ſuis. Non ē arbor
bona q facit fruct malos. neq ar
bor mala faciens fructū bonū. Et re.
Omelia lconis eidē. venit bede pb.
lc. ix.
Dum ppitia diuinitate fr̄s kmi
ſollempnia dedicationis eccle
celebram. debem congrue ſollemp
nitati q colim. ut ſicornatus ſtu
dioſius eidē eccle parietib. plurī

b accenſis luminarib. amplificato numero lectionū. addita pſal
moz melodia. letis noctē uigi
lus ex more tranſegim. ita etiā
penetralia cordiū nroz neceſſari
is bonoz opm decorem ornatib.
R. Exaudiſti dne orationē ſerui tui.
ut edificarē templū nōi tuo. benedic &
ſcifica domū iſtā in ſempitnū ds iſrl.
V. Dne q cuſtodis pactū & miām ſer
uis tuis. q ambulant corā te in toto cor
Semp in nobis q de ſuo. Bndic. lco.
flāma diuine paritr & fratne
caritatis augeſcat. ſemp in ſanc
tuario pectoris nri celeſtiū memo
ria pceptoz. et euglice lectionis
dulcedo ſcā reſonet. Hy ſt fruct
bone arboris. hic boni theſaurus
cordis. hec fundamta ſapientis ar
chitecti. que nob hodierna die ſci
eugly lectio cōmendat. ū nos formā
ſolūmodo. ſꝫ uirtutē poti habē pieta
tis. R. Dne ſi conuſus fuit ppls tuus
orauit ad ſanctuariū tuū tu exaudies
in celo dne. & libra eos de manib inimi
coz eoz. V. Si peccauit tibi ppls tuus.
& cōuerſus egerit penitentiā. ueniens ſꝫ

orauit in loco isto. Tu exaudies. l. xi.
Hoc etiam mistica ueteris instrumenti historia diligenter insinuat.
quando uel moyses tabernaculum. uel
templum domini salomon in typum sancte
ecclesie condidit. Vtraque domus firmiter fundata esse refertur. tabernaculum
quidem quia compactos de tabulis habebat parietes super bases argenteas.
templum autem super lapides quadros fundatos positos. R. Audi domine hymnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie.
ut sint oculi tui aperti et aures tue intente super domum istam die ac nocte. V. Respice domine de sanctuario tuo. et de excelso
celorum habitaculo. Super domum. xii.
Ligna quoque imputribilia e quibus et
tabernaculum omne factum et templum intus ornatum. ac desuper tectum fulgebat
Aurumque de thesauro optimo prebebat.
de quo et tabernaculi parietes intus et
foris uestiti. et templi non tantum parietes. sed etiam laquearia trabes ostia
postes et pauimenta erant cooperta.
R. Beata uere mater ecclesia. quam sic honor
diuine dignationis illuminat. quam uictoriosorum gloriosus martyrum sanguis exornat. Quam inuiolate confessionis
candida induit uirginitas. V. Floribus
eius nec rose nec lilia desunt. Quam in tua.
In il. tempore. dixit ihesus discipulis suis. Secundum lucam.
Non est arbor bona que facit fructus malos
neque arbor mala faciens fructum bonum.
Vnaquaeque enim arbor de fructu suo
cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus. neque de rubo uindemiant
uuam. Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bonum. et malus homo
de malo thesauro profert malum. Ex
habundantia enim cordis os loquitur. Quid
enim uocatis me domine domine et non facitis que dico. Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos. ostendam uobis cui
similis est. Similis est homini edificanti domum. qui fodit in altum et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta
illisum est flumen domui illi. et non potuit illam
mouere. Fundata enim erat super petram.
coll. Deus qui nobis per. ad l. Domum tuam
domine decet sanctitudo in longitudine dierum.
cap. Vidi ciuitatem. R. Hec est domus domini
firmiter edificata. V. Bene fundata est supra
firmam petram. firmiter. V. Domus mea. ad b.
Mane surgens iacob erigebat lapidem

in tytulum, fundens oleum desuper, votum vovit domino, vere locus iste sanctus est et ego nesciebam. coll. Omnipotens sempiterne deus qui nobis. ad i. a. Domus mea domus orationis vocabitur. ad iii. Hec est domus domini firmiter edificata, bene fundata est supra firmam petram. capitulum Vidi civitatem. R. Fundata est. Omnipotens sempiterne deus qui nobis. ad vi. Lapides preciosi omnes muri tui, et turres ierusalem gemmis edificabuntur. capitulum Audivi vocem magnam de throno dicentem. ecce tabernaculum dei cum hominibus, et habitabit cum illis, et ipsi populus eius erunt, et ipse deus cum eis erit eorum deus. R. Domum tuam domine. collecta. Omnipotens sempiterne deus, ut in hoc loco nomini tuo dicato, cunctis petentibus aures tue pietatis accomodes. per. ad ix. Bene fundata est domus domini supra firmam petram. capitulum Sustulit me angelus in montem magnum et altum, et ostendit michi civitatem sanctam ierusalem, descendentem de celo habentem claritatem dei. R. Bi q hi. collecta. Deus qui de vivis et electis lapidibus eternum maiestati tue condis habitaculum, auxiliare populo tuo supplicanti, ut quod ecclesia tua corporalibus proficit spaciis, spiritualibus amplificetur augmentis. per. ad vesperas super psalmos Vidit iacob scalam et c. R. Domum tuam domine decet sanctitudo. R. In longitudine dierum. decet. V. Domus mea. ad magnificat. Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. at ille festinans descendit et suscepit illum gaudens in domum suam. hodie huic domui salus a deo facta est alleluia. ymnus in dedicatione.

Christe cunctorum dominator alme, patris eterni genitus ab ore, supplicum vota pariter ymnumque cerne benignus. Cerne quod puro deus in honore plebs tua supplex resonat in aula, annuo cum redeunt colenda tempore festa. Hec domus rite est dedicata noscitur, in qua populus sacratum corpus assumit, bibitque beatum sanguinis haustum. Hic sacrosancti laticis veternas, diluunt culpas perimuntque noxas, crismate vero genus ut creetur christicolarum. Hic salus egris medicina fessis, lumen orbatis veniaque nostris fertur offensis, timor atque meror pellitur omnis. Demonis seva perit hic rapina, pervicax monstrum pavet et retenta corpora linquens, fugit in remotas ocius umbras. Divisio.

ne illuxit. voce mete adorem. Ps. Vo

Hic locus nempe uocitatur aula
regis eterni. nitidaque celi porta que
uite patriam petentes accipit omnes
Turbo quam nullus quatit haut ua
gantes. diruunt uenti penetrant
que nymbi. non terris ledit piceus
tenebris tartarus horrens. Quesumus
ergo deus ut sereno annuas uultu fa
mulos gubernans. qui tui summo cele
brant amore gaudia templi. Nul
la nos uite crucient molesta. sint
dies leti placide que noctes. nullus ex
nobis pereunte mundo sentiat ignem.
Hec dies in qua tibi consecratam con
spicis aram. tribuat perhenne gaudi
um nobis augeatque longo temporis
usu. Gloria summum resonet parentem.
gloria natum pariterque sanctum spiritum. dulci
moduletur ympno omne per euum amen.

In festo s. marie magd. ad v.

Ardens est cor meum desidero uidere dominum
meum quero et non inuenio ubi posuerunt
eum alleluia. A. Alleluia quem queris mulier alleluia
uiuentem cum mortuis alleluia al. A. Alleluia
noli flere maria alleluia resurrexit dominus al
leluia. A. Alegra sum sed formosa filie
ierusalem sicut tabernacula cedar sicut pellis
salomonis nolite me considerare
quod fusca sim quia decolorauit me
sol. cap. Qui gloriatur. R. Accessit
ad pedes. V. Diffusa est. Ad mag. a.
Sceleratissime uiuit soror domine uilaque
uitissime qui omnia sub peccato concludis
ut omnium miserearis misericordia
tuorum in omnibus misericordiam nos me
mores te pietatis nimie te fontem ro
gamus supplices ut apud te potenti bea
te marie magdalene suffultu preca
ne eius te solum exemplo merearis dilige
multum ut ex remittas nobis quod heu ni
miis et soli peccauimus multum. Inuit.
Stella xpm matutina cum maria
presolantes ne sola stet foris plorans
nos cum ea uigilemus. Nocte per noctem
in somnis queritando dilexit
huic inuentum sunt uia pedentes
adorem. Venite. In i. n. a. ss.
Ingressus domum symonis pharisei
cum egrotis medicus discubuit ec
ce maria mulier in domum ad medi
cum salutis desiderio facta impuden
audacter irrupit. A. Que diu la
crimosa ad eum medullitus ingemuit
uita peste mox curatur quia misere lan

203